



## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

49. De providentia erga Prædestinatos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

terrenas: ita ut ipsæ persecutiones & abjectiones fiant dulciores, quàm honores sint mundanis. Et ideo ait: *centuplum cum persecutionibus.*

3. Vita æterna, ubi intelligitur singularis providentia perducendi hominem illuc. Quamobrem pronuntiant sancti, perseverantiam, in hoc statu signum esse prædestinationis. 3.  
Marc.  
10. 30.

---

## MEDITATIO XLIX.

*De providentia erga Prædestinatos.*

### PUNCTUM PRIMUM.

**C**UM tres sint effectus Prædestinationis, *Vocatio, justificatio, glorificatio*: mire Deus ea perficit circa Prædestinatos.

### PUNCTUM II.

**V**oluit Deus sic quosdam eligere ex bonitate sua, ne omnes perirent, ut in his ostenderet divitias gloriæ suæ, tum etiam, ne infinita Christi merita frustrarentur.

### PUNCTUM III.

**V**aria sunt indicia prædestinationis, maxime verbum Dei libenter audire, obsecundare inspirationibus, studium servandi mandata Dei, & consilia, necnon Sacramentorum, & orationis, & exercitatio in operibus misericordiæ, & ipsa demum devotio erga beatam Virginem.